

VERS. 12. — *Nox præcessit...*; *Syr.*: *jam nox præterit*; dies verò...; totam hujus vite tempus nox est; æternitas dici comparatur. *Igitur nox præcessit, præterit*, id est, ad finem prope ratam; mundus transit et concupiscentia ejus; *dies autem appropinquavit*, id est, adest æternitas semper duratura; *abdicamus ergo opera tenebrarum*, id est, peccata; mundana, transitoria et ferè transita, seu præterita contemnamus, reliquamus.

Indeamur arma lucis, id est, arma fulgentia, bona et sancta opera, quæ sunt et indumenta quibus tegimur; et arma quibus protegimur contra nostre salutis hostes. *Æterna*, semper manentia diligamus, sectemur. Vel etiam potest dici cum Theodoro: Quòd totum tempus quod Incarnationem præcessit, nox fuit; tempus ignorantie fuit; tempus verò ab Incarnatione, dies est; ortus est sol justitiæ. Hinc fideles hortatur Apostolus ad opera lucis, ad vitam evangelicam, seu, ut ait in cap. 12, v. 2: *Reformamini in novitate sensus*.

VERS. 13. — *Sicut in die honestè ambulemus...*, id est, et quia dies est, ut dixi, sive intelligas, quia ortus est sol justitiæ, sive quia æternitatis dies appropinquat. *Ambulemus* decenter compositi, sicut faciunt illi qui in publicum prodeunt, id est, opera faciamus quæ lucem non reformident.

Non in conversationibus et ebrietatibus... Tria præcipue fugiamus opera tenebrarum, scilicet conversationes et comotationes, id est, epulas, quæ fiant tantum voluptatis et gulæ causâ; unde ebrietatis sunt

titudini æternæ accedimus nunc, quam cum credere incipimus.

VERS. 12. — *Nox præcessit*. Nox hujus seculi plena tenebris errorum et peccatorum longè jam progressa est, ad finem prope ratam, ac ferè jam præterit.

Dies autem appropinquavit, id est, tempus expectate salutis et gloriæ, quod est perpetua dies sine nocte, expers errorum et peccatorum, jam prope accessit, propinquum est, instat, non longè abest.

Abdicamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Abdicenda sunt nobis opera noctis et tenebrarum, id est, peccata quæ lucem fugiunt, quæ quæ malè agunt, odit lucem, Joan. 3; et assumenda sunt arma lucis, id est, bona opera, quæ clarè die sine pudore possunt ostendi.

VERS. 13. — *Sicut in die honestè ambulemus*, quoniam dies jam affulget, quæ luce sua omnia detegit: honestè, compositè, decenter ambulandum, conversandum nobis est.

Non in conversationibus et ebrietatibus. Conversationes sunt conviviva, quæ non honestatis, sed gulæ causâ fiunt.

Non in cubilibus et impudicitibus, hoc est, non in fornicationibus, quæ fiunt in cubilibus et fornicibus. Est metonymia. *Et impudicitibus*, id est, aliis fornicioribus speciebus libidinis; Græcè enim est *lascivia*, id est pollutantur libido.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim reducenda.

1^o Ex primis versibus disco christianum modum reges, principes, magistratus, quemcumque publicâ auctoritate præditum honorandi. Attende à quo sit illorum potestas, ob quid; et ideò quid sint per respectum ad Deum. Princeps, rex à Deo institutus, sub

mentem alienant, et ad libidinem et alia vitia provocant; libidinum spurcitas, quæ in cubilibus fiunt, et alias quascumque lascivias; invidias atque contentiones pro honoribus assequendis. Græcè, *non in fite et amulatione*. Hic præcipue tria vitiorum capita tanguntur fugienda: gula, libido, ambitio. Primum abutitur bonis externis; secundum bonis corporis; tertium anime bonis. Ex ebrietate et impudicitia quæ mala sequantur, vide apud D. Chrysostomum, hic.

VERS. 14. — *Sed induimini Dominum Jesum Christum*. Hæc metaphorâ frequenter utitur Apostolus, Gal. 8; Eph. 4, 6; Coloss. 3, et 1 Thessal. 5. Sed ipsum Dominum Jesum Christum, omnesque ejus virtutes in animo vestro sic imprimite, eumque sic imitami moribus vestris, ut solus in vobis videatur Christus, sicut in homine vestito, sola vestis appareat. Seu Christi Spiritus et gratia vos intus ita repleat, ut ejus virtutes, quasi habitus, vos externis cooperiant; et videamini ipse Christus esse.

Et ne carnis curam...; *Syr.*: *Et ne solliciti sitis carnis vestræ ad concupiscentias*; Græcè, *in desideria*, id est, ne corpori vestro prospiciatis mollior et delicata, ad explenda, scilicet, illius desideria et voluptates. Quasi diceret, Christum induti, carni seu corpori providete tantum ad sanitatem, non ad luxum et voluptatem; sed totam vestram diligentiam ad spiritualia curanda insumite. Ita ferè D. Chrysostomus. Non prohibet Paulus quominus corpori provideatur ad sanitatem, sed ne indulgeatur ad voluptatem; sic alienum est ut vivat et valeat; non ut lasciviat.

Non in contentione, et amulatione. Contentio est concertatio pro gloriâ et honore, cui semper conjuncta est amulatio, id est, invidia boni alieni.

VERS. 14. — *Sed induimini Dominum Jesum Christum*, ut scilicet Jesus, id est, Jesu spiritus, gratia, virtus, vita in vobis eleveant. Induimini ergo et ornate vos Christi virtutibus: maxime ut externâ vitæ et professione, quasi veste agnoscat omnes vos esse servos Christi; ita S. Chrysost. Christum induere, est Christi virtutes in se exprimere. idque copiosè et perfectè. Induere Christum, est undique in nobis per sanctimoniam et mansuetudinem Christum in nobis concipere esse. Homo enim indutus id esse videtur, quod indutus est: appareat itaque in nobis Christus, ait Chrysostomus.

Et carnis curam ne feceritis in desiderijs, ad explenda desideria, seu cupiditates. Non simpliciter prohibet curam seu providentiam carnis, id est, corporis, cum ipse alibi dicat: *Nemo carnem suam unquam odio habuit, sed nutrit et fovet eam*, Ephes. 3; verum prohibet, ne carnis curam agamus in desiderijs, id est, ad satisfaciendum concupiscentiis et voluptatibus carnis. Quod faciunt qui prætextu curandi corporis delicatias et voluptates sibi indulgent.

Deò constitutus, omnibus major, solo Deo minor, ait Tertullianus, Dei vicarius et minister, ut homo præsit publico. Hinc ipsi debetur honor, reverentia, obedientia; et qui sub hoc respectu regem honorat, Deum honorat; qui verò spernit, spernit et Deum, itaque

simil humane et divine majestatis reus. Vide versus 1, 2, 3, 4, 5, 6.

2^o Ex v. 8 disco charitatis debimur; perpetuum est et semper solubile; semper solvitur, et semper debetur; in quo differt à ceteris omnibus debitis. Attende itaque ad perpetuò solvendum, quod perpetuò debes: solve autem libenter quod te solventem ditabit, et eò amplius ditabit, quò promptius, largius et liberalitè solveris.

Hæc virtus omnes virtutes includit, omnia vitia destruit; ex uno latere habet abstinentiam à malo, ait D. Chrysostomus: malum enim non operatur; ex altero habet efficacem honorum operationem: *plentudo*, seu consummatio, *legis dilectio*.

3^o Ex v. 12, ne in peccatis dormias unquam, aut in via salutis torpescas, recordare frequenter horum Apostoli verborum: *Hora est jam nos de somno surgere*. Ecco clabitur vita, mors instat, adest æternitas.

CAPUT XIV.

1. Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.

2. Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino infirmus est, olus manducet.

3. Is qui manducat non manducantem non spernat: et qui non manducat manducantem non judicat. Deus enim illum assumpsit.

4. Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem; potens est enim Deus statuere illum.

5. Nam alius judicat diem inter diem; alius autem judicat omnem diem; unusquisque in suo sensu abundet.

6. Qui sapit diem, Domino sapit; et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo; et qui non manducat, Domino non manducat, et gratias agit Deo.

7. Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur.

8. Sive enim vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.

9. In hoc enim Christus mortuus est et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur.

10. Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

11. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu; et omnis lingua confitebitur Deo.

12. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.

13. Non ergo amplius invicem judicemus; sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.

14. Scio, et confido in Domino Jesu, quia nihil commune per ipsum, nisi et qui existimat quid commune esse, illi commune est.

15. Si enim propter cibum frater tuus contristatur,

adest terribile judicium, æternitatis decisivum. fisdem utere verbis, ut ad bonum lucis, seu gratiæ usum, temetipsum excites. *Nox præcessit*; tempus ignorantie, tenebrarum, idololatriæ elapsus est. Ortus est sol justitiæ, ambulamus in die; ergo sicut in die, in mediâ luce honestè, sanctè vivamus coram Deo et hominibus.

Adhuc modicum lumen... Illo sanctè utamur, ad benè operandum; ecce nox in quâ non potero operari.

4^o Ex v. 14 disco quid sit christianus ex D. Paulo: homo Christum indutus; intus Christi gratiâ et spiritu animatus; externis Christi virtutibus, sobrietate, castitate, humilitate, patientiâ, charitate indutus; homo in quo solus appareat Christus; homo qui dicere possit: *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus*.

Eheu! quando christianus ero? Christianus quasi alter Christus, et ego Christo rebellis.

CHAPITRE XIV.

1. Recevez avec charité celui qui est encore faible dans la foi, sans en venir avec lui à des contestations;

2. Car l'un croit qu'il lui est permis de manger de toutes choses; et l'autre, au contraire, qui est faible, ne mange que des légumes.

3. Que celui qui mange de tout, ne méprise pas celui qui n'ose manger de tout, et que celui qui ne mange pas de tout, ne condamne point celui qui mange de tout, puisque Dieu l'a reçu.

4. Qui êtes-vous, pour oser ainsi condamner le serviteur d'autrui? S'il tombe ou s'il demeure ferme, cela regarde son maître; mais le demeurera ferme, parce que Dieu est tout-puissant pour l'affermir.

5. De même, l'un met de la différence entre les jours; l'autre considère tous les jours comme égaux; que chacun abonde en son sens.

6. Celui qui distingue les jours, les distingue pour plaire au Seigneur; celui qui mange de tout, le fait pour plaire au Seigneur, car il rend grâces à Dieu; et celui qui ne mange pas de tout, le fait aussi pour plaire au Seigneur, et il rend aussi grâces à Dieu.

7. Car aucun de nous ne vit pour soi-même, et aucun de nous ne meurt pour soi-même.

8. Mais soit que nous vivions, c'est pour le Seigneur que nous vivons; soit que nous mourions, c'est pour le Seigneur que nous mourons. Soit donc que nous vivions, soit que nous mourions, nous sommes tous jours au Seigneur.

9. Car c'est pour cela même que Jésus-Christ est mort, et qu'il est ressuscité, afin d'acquiescer une domination souveraine sur les morts et sur les vivants.

10. Vous donc pourquoy condamnez-vous votre frère? ou vous, pourquoy méprisez-vous votre frère? Car nous comparerons tous devant le tribunal de Jésus-Christ.

11. Selon cette parole de l'Écriture: Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que tout genou fléchira devant moi, et que toute langue confessera que je suis Dieu.

12. Ainsi chacun de nous rendra compte à Dieu de soi-même.

13. Ne nous jugeons donc plus les uns les autres; mais jugez plutôt que vous ne devez pas donner à votre frère une occasion de chute et de scandale.

14. Je sais, et je suis persuadé, selon la doctrine du Seigneur Jésus, que rien n'est impur de soi-même, et qu'il n'est impur qu'à celui qui le croit impur.

15. Si, en mangeant de quelque chose, vous attris-

jam non secundum charitatem ambulat; nisi cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

16. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.

17. Non est enim regnum Dei, esca et potus; sed iustitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto:

18. Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus.

19. Itaque quæ pacis sunt, sectemur; et quæ edificationis sunt, in invicem custodiamus.

20. Noli propter escam destruere opus Dei: omnia quidem sunt munda, sed malum est homini, qui per offensivum manducatur.

21. Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.

22. Tu fidem habes? penes te ipsum habere coram Deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.

23. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

ANALYSIS.

In duobus præcedentibus capitulis, charitatem erga proximum multoties commendavit Apostolus; in hoc quædam dissidiorum, charitatis offensivorum, causas componit.

Ex Judæis conversi, et in fide adhuc infirmi, cibos et dies juxta legem Mosaicam observant, et gentiles conversos, ob istorum inobstantiam iudicabant; hi autem Judæos, ob hoc ipsum, contemnebant ut infirmos; hos et illos sic arguit Apostolus, ut utroque doceat charitatis regulas.

Primo versu docet infirmum à doctioribus cum charitate suscipiendum.

Secundo versu breviter exponit altercationis argumentum, quod supra.

Tertio versu sic eam definit, ut unumquemque in sua præci relinquat, dummodo charitatem servent et pacem; docti non spernant infirmos; infirmi non iudicent doctos.

A versu 4 ad 15 multis probat neminem à fratre suo

PARAPHRASIS.

1. Inter alia autem mutue charitatis officia, hoc speciatim vobis commendo: si quis sit inter vos in rebus fidei nondum satis instructus, hunc vos, qui doctiores estis, assumite cum charitate instruendum, et cum eo ne disputationibus contendatis.

2. Verbi gratiâ, is qui de Evangelio bene instructus est, credit sibi licere quibuslibet cibis vesci; alius autem de fide minus instructus, putat id non esse licitum, et ideo vescitur oleribus, ne quid à lege Mosaicâ prohibentur comedat.

3. Hæc tanti non sunt momenti, ut ob ea imminutionem pati debeat fraterna charitas. Igitur qui, juxta libertatem Evangelii, quibuslibet appositis vescitur, non spernat infirmiores, qui, ex animi sui infirmitate, à carnibus abstinent, et oleribus vescitur; et hic

iudicandum, tum quia auctoritatem iudicandi non habemus, v. 4; tum quia scientiam ad iudicandum necessariam non habemus; cor fratris nostri non novimus; Deum in corde glorificat, v. 6; tum quia Christi solus est nos iudicare; et Christo non debemus præripere quod omni sanguinis sui pretio, v. 9. Memores itaque quod coram Christo, communi omnium Domino in iudicio, sistemus iudicandi, alios ne iudicemus, v. 10, 11, 12.

§ 15 et multis sequentibus doctiores monet, ut caveant ne dent infirmioribus scandalum; nullus quidem cibum frater percat, v. 15, ne dent occasionem blasphemie, v. 16; attendant quod regnum Dei non sit esca, sed iustitia, pax et charitas, v. 17, itaque sectentur quæ sunt pacis et edificationis, v. 19; caveant ergo quod scandalo destruit, v. 20: præstaret re licitâ non uti, quam illius usu parere scandalum, v. 21.

Denique docet infirmos, ne quidquam contra conscientiam agant, v. 22, 25, aliorum exemplo scilicet impiali.

non damnet eum, qui promiscuo cibo utitur, quia Deus illum sibi adiunxit, suumque fecit.

4. Tu enim, Judæe, fratrem tuum condemnans, quis es? et quo jure servum iudicas alienum?

Certe, etsi condemnandus esset, non tamen à te, sed à domino suo, cuius sententiâ, causâ cadet, aut subsistet, illius arbitrio puniendus aut absolvendus: Ego autem dico tibi quod causâ non cadet, quia Dominum habet potentem et clementem, qui suâ potentia fulciat, suâ clementiâ absolvat.

5. Quod de cibis dixi, idem de diebus dico: nam qui infirmus est, et imperfecte adhuc fidei, diem inter diem distinguit; contra doctorem et solidæ fidei, dies omnes iudicat pares: ob ista similiter fraterna non scindatur concordia; sed suo quisque relinquatur

iudicio, presertim ubi nullum est religionis detrimentum.

6. Etenim qui dies observat et distinguit, id ad Dei gloriam et obsequium facit; sicut et qui dies omnes Deo pariter dedicat, Dei quoque honorem intendit;

Item qui promiscuè quodvis comedit, ad Domini gloriam comedit; gratias enim illi agit de cibo assumpto;

Et qui abstinet à cibis, religionis ergo abstinet, et de cibis sibi permissis, Deo pariter gratias agit.

7. Uterque, inquam, Deum benedicit: nemo enim nostrum, qui Christiani sumus, sui causâ vivere debet aut mori, sed Dei gratiâ, cuius toti sumus.

8. Sive enim vivimus, Domino vivimus, à quo est vita nostra; sive morimur, Domino morimur, quo iudice morimur: in quocumque ergo statu simus, seu viventes, seu mortui, Domini sumus, qui magno pretio nos redemit, sui scilicet sanguinis pretio.

9. In hunc quippe finem Christus mortuus est, et morte suâ nostræ redemptionis lytrum solvit; et à mortuis suscitatus vitâ vivit immortalis, ut in mortuos et vivos, in celo et in terrâ dominetur.

10. Cùm ergo Dei Christianique simus, quare tu, Judæe, non manducas, fratrem tuum manducantem, et de cibis sibi permissis, Deo pariter gratias agit. Uterque, inquam, Deum benedicit: nemo enim nostrum, qui Christiani sumus, sui causâ vivere debet aut mori, sed Dei gratiâ, cuius toti sumus.

Quo jure hanc in alterum exeretis auctoritatem? omnes enim nos Christi sumus pariter servi; omnes pariter sistendi sumus ante tribunal Christi, et ab eo iudicandi; quid ergo illius officium præripitis?

11. Recordamini ejus quod apud Isaiam scriptum est: Vivo ego, dicit Dominus; me mortales omnes agnoscent, confitebuntur, et genuflexi adorabunt ut Deum, Dominum et supremum Judicem suum.

12. Cùm ergo coram hoc supremo et æquissimo iudice, unusquisque nostrum pro semetipso sit rationem redditurus, non pro aliis, quorum cura nobis non est commissa;

13. Proprie nostræ salutis invigilantes, nostrumque proprium negotium agentes, non amplius alios iudicemus in malum.

Sed potius hoc apud vos statuete, nulli fratrum occasionem dare aut remora: in viâ salutis, aut casus à salute.

14. Quod ad me attinet, ego certissimè scio, et plenissimè sum persuasus, Christi afflatus et doctrinâ, quod nullus cibis sit suâ naturâ impurus, ideoque licet promiscuè quolibet uti;

Per accidens tamen, propter ignorantiam, aliquis cibis fit immundus, et scilicet qui putat illum immun-

dum seu prohibitum; et ideo coram hoc infirmo prouderent utendum est evangelicâ libertate.

15. Etenim si hic frater tuus infirmus existimat, licet ex errore, aliquid immundum, et illud tamen coram eo comedis, sique cum ob tum cibum lædis, aut saltem morere afficis;

Tunc peccas contra fratrem charitatem.

Ah! ne frater tuus, licet infirmus, sit tibi tam vilis, ut cum cibo tuo perdas, quem Christus tantum fecit, ut pro illo salvando mori non dubitaverit.

16. Cavete igitur ne causa sicut cor blasphemetur fides et religio nostra, ob vestras de cibis edendis aut non edendis dissensiones et schismata.

17. Etenim vera religio, per quam Deus in nobis regnat, et ob quam nobis celeste regnum parat, non consistit in electione cibi et potus.

Sed in morum innocentia, in pacis fraternæ studio, et in spirituali gaudio, bonam conscientiam semper comitante.

18. In his quisquis Christo servit, et in Deo placet, et à piis hominibus approbatur.

19. Itaque sectemur ea quæ pacem conciliant et augent, et ea faciamus quæ ad mutuum conferunt edificationem.

20. Cave, christiane, in fide doctior, ne propter vilem cibum destruas edificium Dei, fratrem scilicet infirmum, in quo Christus per fidem habitat.

Scio, et illud jam dixi, nullum cibum ex se immundum esse; imò mundi sunt omnes, tum naturâ suâ, tum Christi Domini permissu.

Nihilominus peccat ille qui cibo ex se licito utitur cum sui fratris scandalo; tunc enim re bonâ malè utitur.

21. Præstabilius est omnino à carnibus abstinere, et nunquam vinum bibere, quam sic aut cibo quopiam, aut potu, fratri tuo lapsus occasionem dare; sive te contra conscientiam imitetur, sive te temerè iudicet; et per te scandalizatus, infirmior fiat in fide.

22. Tu in fide instructor credis, et bene, quod nullus amplius cibis sit immundus; hanc fidem in animâ, et coram Deo serva; at ne eâ foris cum tui fratris offendiculo utaris;

Beatus autem omnis qui semetipsum non condemnat interius in eo quod probat exterius, seu qui nihil contra conscientiam operatur, malo impulsus exemplo, aut quovis alio motivo.

23. Qui verò fluctuat et hæsitat ambiguus, an tali cibo liceat uti, si sic dubitans comedit, ille reus est peccati, utpote propriâ suâ conscientia iudicatus; dictabat enim sibi non licere, quod fecit tamen; quidquid autem est contra conscientiam dictamen peccatum est.

COMMENTARIA.

VERS. 4. — INFIRMUM AUTEM IN FIDE ASSEMITE; SYR.: *Ei verò qui est infirmus in fide date manum.* Gentiles.

VERS. 1. — *Infirmum autem in fide assume, id est, ad conversationem vobis adjungite, et habete ut fra-*

sen ex gentilibus conversos alloquitur Apostolus, et hortatur ut infirmiores in fide cum charitate suscitrem, nec repellite tanquam alienum à Christo, quin potius ut infirmum et curâ egentem fovete.

pian, nec importunis disputationibus lacescant. *Infirmum* igitur in fide, et nondum satis instructum, vos, qui doctiores et fortiores esis, *assumite* cum charitate instruendum, eumque ut fratrem fovete, jurate, seu, ut ait Syr., ei date manum, sicut infirmo in itinere datur manum.

NON IN DISCRETIONIBUS COGITATIONEM: Græc. *Non in disceptationibus disputationum*; Syr. *Nec sitis ambigentes in cogitationibus vestris*, id est, cum eo ne contentatis, an benè, an malè sentiat, quia adhuc charitative tolerandus est, nec importunis disputationibus lacescendus, ne fortè offensus ab incæpto resiliat.

VERS. 2. — *ALIUS ENIM CREDIT SE MANDUCARE OMNIA*. Factum, seu altercationis argumentum breviter exponit. *Alius*, id est, qui in fide firmus, et de Evangelio benè instructus, credit sibi licere quibuscumque cibis vesci, quia nullum in lege evangelicâ ciborum genus immundum censetur.

QUI AUTEM INFIRMUS EST, OLUS MANDUCAT; Græc. *olera comedit*; Syr. *manducat*. Divus Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, omnes in indicativo, *vescitur, manducat*; ita ut sit propositio factum simpliciter exponens, scilicet: *Infirmus autem*, seu Judæus recentior conversus, et de evangelicâ libertate non satis instructus, oleribus vescitur. Juxta nostram Vulgatam hic sensus est: *Infirmus autem*, et in fide parùm doctus, putat id non licitum esse; is itaque, seu infirmus, olus et cibos à lege Mosaicâ permixtos *manducat*, ne contra conscientiam peccet. Per *olus* intellige quælibet legumina, quorum nullum erat Judæis vitium; multa autem animalia, tum ex piscibus, tum ex volucribus, tum ex bestiis, erant prohibita.

VERS. 3. — *IS QUI MANDUCAT, NON MANDUCANTEM...* Altercationem sic definit, ut unumquemque in suâ praxi reliquat, dummodò charitatem et pacem servent.

QUI MANDUCAT, id est, is qui juxta libertatem Evangelicam quibuscumque vescitur, eum qui juxta legem Moysi ciborum electionem servat non spernat, tanquam rudem, imperitum atque superstitiosum. Vel non spernat, nec vilem faciat ejus animam, scandalum ei dando, dum exemplo suo illum inducit ad manducandum contra propriam conscientiam.

Non in disceptationibus cogitationum, id est, opinio-nibus. Græc. *non in altercationibus disputationum*. Nolo, inquit, cum eo, sub pretextu doctrinæ evangelicæ contentas.

VERS. 2. — *Alius enim credit se manducare omnia*, q. d. *Alius putat licere vesci omnibus quasi mundis, quo quod in lege evangelicâ nihil legaliter sit immundum.*

Qui autem infirmus est, olus manducat: Qui autem infirmus est fide, comedat olus, vel quid simile, quod lege Mosaicâ constat non esse prohibentem, abstinent à prohibitis.

VERS. 3. — *Is qui manducat, non manducantem non spernat*, id est, non habet vilem ejus salutem, scandalum ei ponendo, dum exemplo suo facit eum comedere contra conscientiam.

Et qui non manducat, manducantem non judicat, id est, non condemnet tanquam legis transgressorem,

ET QUI NON MANDUCAT, id est, infirmus in fide, et legis Mosaicæ adhuc in hoc observator, non condemnet manducantem, id est, promiscuus victu utentem, tanquam legis transgressorem; DEUS ENIM ASSUMIT ILLUM. Rationem assignat ob quam non debeat quis fratrem suum judicare, quia scilicet Deus illum in servum et cultorem suum assumpsit, et consequenter ad eum pertinet. Quis ergo judicet eum quem Deus suum publicè assumpsit et probat?

VERS. 4. — *TU QUIS ES, QUI JUDICAS ALIENUM SERVUM?* Urget allatam rationem, ob quam de fratre nostro judicare non debemus, scilicet auctoritatem non habemus. *Tu*, qui non manducas, et manducantem judicas, quis es? cujus auctoritatis? non tuum est judicare manducantem, sive benè, sive malè agat, nec ad te pertinet.

DOMINO SVO STAT AUT CADIT, id est, Dominum ac judicem suum habet, Deum scilicet, à quo vel absolvatur, vel condemnatur; seu Domini judicio, aut pro se, aut contra se sententiam feret. *Stat*, qui in causâ victor est; *cadit*, qui judicium contra se refert.

STABIT AUTEM, id est, causâ non cadet, non condemnabitur, quia Deus potest efficere ut stet. *Idea* Deus qui cibos vetuit in lege Mosaicâ, potuit illos in Evangelio permittere.

Nota litteralis.

Circa versum tertium nota quod Apostolus modo valdè diverso, pro temporum et personarum diversitate, eadem de re agit. Galatas, cap. 1, increpat durè ob legalium observantiam; Judæis Romanis velut indifferentem relinquit uniuscujusque conscientiam; unde hic diversus agendi modus? et quæ illius ratio? Galatas increpat ob legalia, quia ipsi, cum gentiles essent, et legalia nunquam observassent, ea tamen post baptismum assumpserant ut necessaria: hinc, *ô stulti Galatas!* etc., cap. 5. Judæis verò permittit ad tempus legalia servare, nondum mortifera, quia adhuc infirmi erant in fide, seu, ut ait D. Chrysostomus, quod novella esset Romanorum fides. Talia corrigendi nondum erat tempus. Adde quod synagoga erat cum honore sepelienda.

OBSERVATIONES MORALES.

Primò hic mirare cum D. Chrysostomo divinam Apostoli nostri sapientiam, quæ utrosque altercantes sic

aut immundo cibo se contaminantem, aut immundo cibo se contaminantem, *Deus enim illum assumpsit*, illum scilicet manducantem assumpsit in servum et cultorem suum; et proinde non est ab alio judicandus; q. d.: Quis ergo eum judicet et damnet, quem Deus probavit et approbavit?

VERS. 4. — *Tu quis es qui judicas alienum servum?* Græc. *famulum domesticum*. Jubet ergo ut non manducans Judæus manducantem gentilem non judicet, sed Dei, cujus servus est, iudicio eundem relinquat.

Domino suo stat, aut cadit; non tuum est judicare quasi peccantem edendo que tu putas immunda; habet Dominum ac judicem suum Deum, sive Christum, à quo absolvetur, si benè agat: vel condemnabitur, si malè. Hoc enim est Dominò suo stare aut cadere. A Domino suo absolvendum esse aut condemnandum.

ad mediocritatem reducit, ut hos et illos corrigat et instruat. Hincque disce 1^o charitativum corrigendi et instruendi modum; 2^o pacem omnibus rebus ex se indifferentibus anteponendam; 3^o multis in occasionibus unumquemque in suo sensu relinquendum, ne pax turbetur, charitas lædatur, præcipue cum non est commodum et maturum corrigendi tempus.

Secundò mirare et imitare charitativum Apostoli monitum firmiter datum: *Infirmum in fide assumite*. Firmior sciat cum infirmioribus infirmari, ut infirmum confirmet; sciat se patrem, se fratrem, sicque cum charitate suscipiat, foveat, instruat; charitativam det illi manum, non spernat, non arguat acriter, non alteretur, nec disputet cum eo; disputatio enim animum exacerbat, charitas verò cor emollit et atrahit.

Denique in tertio versu remedium nota duobus vitiis valdè communibus congruum: docti spernunt ignaros, ignari judicant doctos; hi et illi suo vitio medicinam sumant à D. Paulo datam.

VERS. 5. — *NAM ALIUS JUDICAT DIEM INTER DIEM*; Græc. *Hic quidem judicat*, etc.; *hic autem judicat omnem*, etc. Postquam de cibis agit, ad aliud legalium genus venit, ob quod erat inter Romanos altercatio, scilicet, dierum distinctionem et observantiam. *Alius*, scilicet Judæus, in fide infirmus, diem à die distinguit, seu unum alio sanctiorem judicat, v. g., sabbatum, neomenias, etc., seu certis diebus jejunat, et à quibusdam cibis abstinet, v. g., à fermentato pane in hebdomada Paschæ.

ALIUS AUTEM, id est, fide firmior et in lege evangelicâ instructor, sciens quæ hæc omnia legalia per Christum esse sublata, *JUDICAT OMNEM DIEM* æqualem esse, nec unum ab alio distinguit, sive jejunii, sive ciborum quorundam abstinentiæ.

UNUSQUISQUE IN SUO SENSU ABINET, id est, quisque suum in his rebus iudicium sequatur. Nota quod errabant quidem Judæi, legalia per Christi mortem abrogata servantes; quia tamen hæc nondum erant mortifera, Evangelio quippe nondum satis pronulgato et explicato, illos in suo permisit errore, donec plenius instruerentur, ne, si ab istis legalibus statim revocarentur, turbati resisterent à fide. Vide dicta v. 4. Itaque per charitatem infirmatur cum infirmis. Nota 2^o quod agitur hic de festis et de jejunii in lege Mosaicâ præscriptis, ut patet ex textu. Lex autem illa erat per

Stabit autem, ac si dicat: Imò tibi affirmo, quod non cadet, non condemnabitur iudice Domino suo, sed stabit, id est, absolvetur.

Potens est enim Deus statuerè illum, id est, efficere ut stet. Quavis, inquit, homines in fide non satis instructi cum judicent, id est, condemnent: tamen Deus potens est eum absolvere, et suo iudicio justificare; quod et faciet.

VERS. 5. — *Nam alius judicat diem inter diem*: Judæus in fide Christi adhuc infirmus, uno die secundum præscriptum legis veteris certis cibis abstinet, aliis diebus non abstinet: gentilis verò judicat omnem diem esse æqualem et omni die indifferenter quovis cibo vescitur, fruens libertate Evangelicæ; et uterque benè facit. Nota, Apostolum tantum loqui de festis et jejunii Judæicis, et quia tum nondum erant sancto-

rum festi vel jejunia Christianis ab Ecclesiâ indicta et instituta.

Alius autem judicat omnem diem, non solum autem ciborum, sed et dierum discrimina fuisse judaizantibus in observatione, constat ex Epistolis ad Gal. 4 et Col. 2.

UNUSQUISQUE IN SUO SENSU ABINET; Græc. *in propria mente*, hoc est, quisque suo iudicio perfruatur, plenè illud sequatur, quisque suum sensum abundè expleat. Uterque enim suum sensum sequendo benè agit: nam uterque Domino manducat, vel non manducat. Ita Basilus: quisque, ait S. Ambrosius, suo consilio remittatur.

